

§. 5. Hujus similem apud doctissimum *Imperatum* nostrum in suo Museo, rerum omnium Naturae satis copioso Thesauro, observavimus; quæ margine erat parum undosa,



& longiore Conchæ parte canalem vix conspicuum in dorso, altero verò medio, contrario modo extuberante: omnesque peculiari notâ sunt præditæ, quod cervice prominente rostratâ, pertusâ, oriuntur, quâ turbinatorum more Aquam haurire & expuere, sylvestris Lepidis, aut Auris marinæ modo, possunt. Icon-magnitudinem æquat. Huic similem majorem multò, *Lapideam*, depinximus in *Prima parte*, nomine *Conchæ gibbosa*.

## CAPUT XIII.

*Altera Neptunia major III. Imbricata.*

§. 1. **D**uplò majorem alteram Neptuni reperimus Alba-nen. diœcesis etiam undosa, margine in *Tophaceis* si-ve sabulosis illis *Concretionibus*, in quibus Castelli sive Arcis fossa est, & maxima variarum Testarum congeries conspici-tur: